

B. C. D!

Unicornu genuinum

Sive

Cornu Amaltheæ verum

h. e.

VIRUM

Ex Celebris HORNIIORUM Gente

NOBILISSIMUM & CONSULTISSIMUM

DN.

SIGISMUNDUM
HORNIIUM,

ANNO CHRISTI HIC FREIBERGÆ

clō Ibc VIII. 6. April. in Lucem editum:

clō Ibc XLIV. in Senatorem:

clō Ibc LVI. in Ædilem:

clō Ibc LVIII. in Syndicum & Gymn. Inspectorem:

clō Ibc LIII. in Prætorem:

clō Ibc LVII. in Camerarium:

clō Ibc LVIII. in Consulē electum:

clō Ibc LXVI. 10. Maii Vitā digressum:

Idibus Maii post in Æde B. Virginis ad cineres

b. Parentis, Senatorii Ordinis Viri,

DN. NICOLAI HORNII,

Sepultum,

Omnibus charum, nemini invisum,

Pridie Idus Maii A. LXXX.

Finitis Sacris matutinis

In Auditorio Majori

Oratione Panegyricā

Propositurus:

Sceptrumq; simul & Regimen

GYMNASII FREIBERGENSIS

Depositurus

FREIBERGÆ,

Proceres, Doctosq; quoscunq; Antistites & Adstites

Collegiorum, quotquot hīc sunt, Omnium,

præ Cæteris verò

Senatorii,

Cui cum Laude interfuit, præfuit & profuit,

Splendidissimos

Plus simplice, & ultima vice, humilitateq; maxumâ invitat

M. ANDREAS Beyer/G. Rect. & ad D. Nicolai Symmysta,

Stanno BECKERIANÒ.



Ncredibile est, quantô *unicornu* Cimelia anteeat alia honore, & quam mirificè deliciis excellentibus, quales hujus credunt esse, delectentur Magnates. Fatale nescio quid hujus virtuti ubiq; datur, & potissimum est Principum domi, a cauro contra illis constat. Eâq; de causâ inter rarissima, quasi Palladia quædam custoditur anxie. Tale *Dresda* asservari vidimus plures in Gazophylacio *Electoris-Saxonis, Patris nostri paterrimi*, undecim spithamos longum, utrinq; ejusd. fere crassitie aurea catena è trabe suspensum: an fossile? non disputabo cum CL. *Deusingio*, uti vult; & dari cum *Kirchero* in l. citando, pluriâ fossilia, sicuti & ebur &c. ostendit in *Dissert. de Unicornu & Lapide Bezoar* p. 37. majoris tamen, quam quisquam credit pretii. Ostentantur v. non minoris æstimmii pluribus aliis locis. Habet *Dionysii fanum* in Gallia integrum in obscuro aræ fornice, aquæ extremâ sui parte immersum, (qua usi in copiosum solvuntur sudorem,) id omnium maximum existimat *Bellonius* Obs. l. i. v. 14. inter ea, quæ hactenus conspecta fuerunt, & majus præconium mereri dicit, quam aliud quodvis eorum, quod in animali procreatum viderit: *naturale* tamen, haud *artificiale* & animalis esse putat ingentis sane corporis. Vid. & *Aldrovand. de quadrup. lib. i. c. 6. Aquatile* v. animal sive piscem esse credidit laudatus *Deusingius* l. c. p. 35. & ab eodem animalium genere omnia, quæcunq; in Europâ dudum celebrantur, relata in Principum thesauros, magno æstimata pretio, similiter formata omnia erecta, striata, intus cava ac è paulo latiore ambitu in inferiori æqualiter in cuspidem surgentia. An vero *dens* saltem piscis *Narhual* dicti, uti vult *Atlas Mercatoris* in Islandiæ descriptione, in cujus litoribus non rarò reperitur, vel *Robars* Gallis, Septentrionalibus autem *Mors* appellati, ambigit *Bellonius* Obs. l. c. Ejusdem generis animali ortum debere suum idem asserit *Deusingius Amstelodamense* è Groenlandia allatum ac in litore *Spizberga* repertum, ab *Affessoribus Societatis Mercaturæ ac Navigationis Groenlandiæ* curiosè asservatum, præsentissimum contra venenum remedium proliciendiq; copiosè sudoris, teste *Tb. Barthol.* Cent. 4. Obs. 4. it. quod in arce *Windsor Angliæ* consuevit ostendi, & tria *Ultrajecti* ad fanum b. Virginis (*Heinrici IV* donum elegans.) Aliud in *Zelandia* strigosum ex albedine quodammodo flavescens, longum 12. pedes &c. Visi unum *Romæ* purpureâ obductum tunica scribit *Jonston Thaumatoogr. Nat. Adm. quadrup. c. 43. p. 337.* & *Venetum* quendam Judæum fuisse, *Aldrovandus* l. c. qui legitimi possessionem jactavit, miroq; comprobavit exemplo. Nam circumscripto in mensâ cornu spatio, scorpionem & araneum immisit, cum transire reptantes bestię terminum non potuissent, umbra an virtute? Enecatæ sunt. Haberi & apud *Venetos* in *San-Marciano* delubro duo refert *Bell.* l. c. Sesquitalis utraq; longitudinis crassiora infernè, quam supernè, ita tamè ut crassissima pars tres pollices conjunctos non excedat, quas notas satis respondere putat iis, quas veteres *Asini Indici* cornu tribuunt. Sunt inde, qui ad Indicos asinos eunt, cum tuto nemini obtrudi possint tantæ cornua virtutis, nec repertum adhuc & visum ulli à *Plinio* l. 8. c. 21. p. 363. descriptum animal, utpote quod reliquo corpore equo simile, capite cervo, pedibus elephanto, cauda apro, mugitu gravi, uni cornu nigro in fronte media cubitorum duum eminente: vide & *Franz. Hist. anim. sacr. part. i. c. ii. Card. de subtit. l. 10.* quale quidem depictum exhibet, sed dari negat *Kircherus* in *Arca Noë* p. 58. Cum nullus huc usq; hujus modi *unicornis* s. *monoceros* inventus sit, pervestigatis & excussis jam omnibus terrarum angulis, qui se vidisse possit attestari, ideo non immerito ea inter fabulosa *Plinii* refert, dari quidem concedit animalia unicornia, asinos & capras, in regno *Tanchin, Pegin, Conchinchin*, *Rhinocerotes*, & in *Africâ* boves unicornes: nusquam v. ejusmodi unicornem animal, sicut id *Plinius* & *Scaliger* aliq; describunt. addit, *neg. Scripturam sacram* de certâ animalium specie loqui, sed *de unicornibus animantibus*, cujus generis varia ubivis extent, *effossa* autem è terris esse vel naturæ imitamenta, vel

vel piscium rostra ingentium, cuiusmodi in Grönlandia reperiuntur. vid. & *Mundus Subterraneus*, p. 63. Tom. 2. ubi figuram exhibet, & paulo post audacius asseverat: quicquid huiusmodi unicornum alicubi in Principum Gazophylaciis latet, non aliam, nisi ex dictis piscibus originem sortiri. In *Rhinocerotem*, tamen inclinatur, mite quidem animal, teste *Amato Lusitano*, Comm. in *Diosc.* l. 1. Enarr. 52. & innoxium, nisi laceffitum, referente *Jac. Bontio* in *Med. Indor. Animadv.* ad c. 14. *Garcia* ab *Horto*, ac inde robustissimum & ferocissimum, quod ferè loca attinet, ubi de Unicornis in sacris robore fit mentio: nam is à plerisque inter animalia unicornia refertur, *Plinio* H. N. l. 7. c. 20. *Tertul.* l. 3. contra *Praxeram*. & nihil obstat, quo minus & Ebraica voce *אריס* comprehenditur, vide *Cloppenburg.* Loc. de *Creat. Disp.* 5. §. 12. nec refragantur interpretes, qui vel *μονόκερος*; vel etiam *Rhinoceros*, uti vulgatus in *Mose* & *Jobo*: in *Psalms* a. & *Esaia*: *Ulcornis*: sicuti *Arabs* & *Pf.* 92. v. 11. *Wabido-Ikarni*, unicornis ad verbum, vel juxta *Maronitas* in Latino (Edit. Arab. Lat. *Savariana*,) *Rhinoceros*: *Perse Kerck* vertèrè; exponitur a. accuratissimo *Lexicographo Perse* paraphrasi *Turcicà* vox hæc: *Magnum animal quod in India reperitur, magnum juxta frontem cornu gerens, ac tanti roboris, ut cornu suo Elephantem attollat, ac donec illi diffluat pinguedo, sustineat, id quod in nullum commodius quadrat animal, quam Rhinocerotem, cuius cum Elephante pugna nota satis est, ac proinde nequaquam in onagrum, cui nonnulli loca sacra accommodant. quos & cornu carere notat Bellonius l. c. nisi alia sit species, quam ab Asinis Sylvestribus distingvit, & unum inter oculos pedes duos longum, juxta Caput Bonæ Spei gestare cornu, seq; unum Meccâ à Turcâ asportatum Alexandria, veneni antidotum præsentissimum scribit vidisse Tbebet de La France Antarctiqve c. 22. & Philostratus de vita Apoll. Thyanei l. 3. c. 1. in paludibus vicinis Hyphasidi fluvio Indico capi multos in fronte cornu, quo taurorum more generosissime pugnant, & utantur ad pocula Regum Indorum conficienda veneni alexipharmaca. Vide & *Paul. Jovium* l. 8. *Histor. sui tempor.* Ad utrumq; applicari videtur posse, quæ de unicorni habet *Garcias* ab *Horto* c. 14. apud *Deus.* p. 17. aliud a. esse, quod describit apud eundem *Cornelius à Nieuland* præfectus *S. Pauli de Loanda* Literis ex *Angola* 1643. datis, *Nigri* verò *Bembe*, vel *Pocabembe* vocant, & contra omne veneni genus antidotum certissimum laudant & probant. Sicuti & reliquorum animalium cornua, cuiuscumq; sint coloris, &c. ut paucis dicam, veneno resistere creduntur. Apud Indos artem medicam exercentes & ad Europæos reversi nihil validius, nihil potentius unicornu Regum in India deliciis contra venenum & febres pestilentiales reperiri dicunt teste *Amato Lusitano* Com. in *Diosc.* l. 1. Enarr. 51. *Dari* itaq; verum unicornu (aliis valere nunc iussis, quæ habent *Facultates omnes*, uti doctissimus recenset *Georg. Francus* *Tractatu Philologico medico toto & eruditò*, sive *Substantiam aliquam*, quæ tali nomine audiat, ac singulari polleat virtute, in dubium non vocat quidem crebro allegatus *Deusingius* p. 45. sed panaceam esse, & totiens verum ex officinis depromi, quotiens præscribitur, imò in urbibus reperiri singulis, quod vix in Principum extet cimeliis, dubitat, & forsitan non sine causa. Nos vero quod impræsentiarum adducimus & mox pro virili, licet non pro meritò, prædicabimus, indubie fuit virtutis & utilissimum huic rep. Unicornu & multis simul bonis imprimis studiosæ juventuti. Sed eheu fuit, non amplius est, nisi forsitan meliore quâdam *υεττουφουχοστες* vel *υετταυορφωστες* in quibusdam superstes. Quamquam enim cornua referat *Lindschot* *Navig. Indic.* c. 61. & ex eodem *Celeber. Conringius* de habitu Corp. *Germ.* p. 125. *Sege* apud *Th. Barthol.* c. 2. *Epist.* 79. p. 655. *Dilber.* in *Zeit und Weltlauff* p. 306. sq. prope *Goam* Regiam *Lusitanorum* *India* metropolin terris defossa plantarum modo sparsis radicibus capere incrementa, nec refragari videatur *Borellus* C. 4. *Obs.* 10. maxime 52. Fabulam tamen esse & *Lusum* animi refert accuratus *Franciscus Redius*, *Esperienze intorno ad diverse cose* p. 113. *Jo.* inqviens, non credeva questa *fandonia*, ma conuittociò volli interrogarne il Signor Don Antonio Morera Canonico della *Cattedrale di Goa*, il quale mi rispose, esser veramente una favola inventata per significare l'insaziabile Libidine di quelle femmine orientali, che avendo una volta piantate le corna sopra le teste de' lor mariti, sapevano continuamente mantenervele radicate.*

Una

Una similrisposta fu data alla Societ  Reale di Londra dal Cavalier Filiberto Vernati Residente
 in Batavia nella Giava maggiore: Quel fundament,   il au rapport touchant ce que l'on
 dit, que les cornes prennent racine & qu'elles croissent aupres de Goa? Resp. En m'engverant
 de cela, un de mes amis se prit   rire, & me dit, que c'estoit une raillerie, qu'on fait aux Por-
 tugais, parce que les femmes de Goa son fort adonnees   Luxure. Uti ver  hoc convitium
 iustissimum de Lusitanorum luxuria expertus est: ita de Borello: fia layerit  del-
 la fede appresso di lui, che so non mi sento da creder lo cosi facilim te h. e. fides sit
 penes autorem, ego non tam facile credo. Sed de quo nobis sermo est, Unicornu
 quovis etiam pretiosissimo pretiosius & nobilius, non in agro, neq; corpore, sed
 quod admirationem auget, in multorum animis radices ita egit, ut unum pluri-
 es, & s epius eadem virtute germinaverit, neq; transmarinum, sed domi natum
 est. Est vero illud Cognomine non minus, quam Unicornibus duobus, quibus Insignia
 Horniorum Imperatores semel atq; iterum in hoc nostro illustraverunt, ubi vis,
 maxime h c notus, Nobilissimus & Consultissimus Vir, Dn. Sigismundus Hornius, ex Ce-
 lebri Horniorum stirpe VIII. Ejus Aprilis, A. C. 1668 natus in Patria Freiberg   multis fun-
 ctionibus, prater Comitiales, quibus s epius cum laude interfuit, imprimis Senatoris,
  dilis, Scholae Inspectoris & Syndici, Pratoris, Camerarii, demum Consulis Clarus, Inqui-
 linis & Exteris, summis & Imis oppido Charus, Prudentia, Justitia, Liberalitate in
 pauperes studiosos ac modestia rarus VI. Ejus Maii A. 1666. placido beatoq; ex-
 cessu digressus vit , ipsis v. Idibus Ejusd. Mensis in aede b. Virginis contumulatus,
 Epitaphio egregio honoratus, verum tamen ad huc superstes, non quidem in
 Ejusdem nominis, virtutis tamen, Viris, qui eadem, qua ipse pollebat, vi medendi
 Reip. languoribus penetrantissim  ad huc profunt, h. e. in Successoribus tum in
 iisdem, tum in aliis muneribus & locis. Huic igitur, ut ad alios quoq; penetrarent
 & posteros Viri merita, Parentale Sacrum, quod defuisse hactenus visum est & de-
 siderari ad excitanda Posteritatis ingenia, serius quidem, at serius, non ostentati-
 one quadam, sed gratitudinis instinctu, paramus. C m v. dum fuit, Reip. nostrae
 post bellum tot laboribus quasi enervatae, non Unicornu modo; Sed Amalthea quod-
 dam fuerit revera h. e. Consiliorum, liberalitatis, & beneficentiae Cornu plenissimum & ve-
 rum, non ut fictum illud & fabulosum: c m in numis, abundantia v. g. Elagabali apud
 Jacob. Oesel, in Thesauro Numism. p. 391. tum Emblematis apud Ant. Ricciard. in
 Commentariis Symbolicis, p. 171. sqq. laudatarum virtutum consuevit adhiberi:
 sub schemate Cornu Amalthea proponere animus est, utinam a. & facultas foret, pa-
 ri eloquentia exornare. In servire alias Cornua dicuntur lautitiis Proceru teste
 laudato Redi l. c. p. 110. Le Corne tenere, in quiente, son delizioso nelle mense de' grandi, ed i
 cuochi ne componono diversi manicaretti appetitosi delle Corna dure, seche e limate, ne fan-
 no varie maniere di gelatine multo gustose al palato, & c. Sed quas ego delicias ex hoc sa-
 ne pretioso Cornu promittere palato delicatulo possim nescio magis imperit
 & variis negotiis districtus ac sollicitudinibus. Veru erit fors  ut & illi fiat satis ali-
 quando, & mihi nunc ignoscatur, qui inscitiae infimulari, qu  ingrati tudinis cu-
 pio, & simul ostendere, per me non stetisse, quo minis tanti Viri incomparabilibus
 meritis satis sit factu accurate. Qu  de causa Ordinum & Collegioru, quotquot h c sunt
 & florent, omnium Splendidissimos Praesides, Assessores & Adjutores quocuncq; veniunt
 Dignitatis nomine, humillimis invito precibus, ut honorificentissim  sua praesen-
 tia cohonestare velint Parentale hoc sacru, h. e. favere exemplo egregio, tantiq; Viri
 studere memoriae. ut idem quoq; faciant, quos olim sibi tot beneficiis devinxit,
 tantu abest, ut dubitem, ut omnes atq; singulos vel ideo creda adfore, quotquot
 vel per negotia vel locoru intervalla possunt, quod non ignorem, lubentissime
 Eisdem Huic Copia Cornu acceptum referre post Deum, quicquid sunt, & calcar
 mihi addiderint, quem jam gratitudo monuerat, ut Patrono proxim  Deum, promo-
 tionis ad hanc spart  Organo & Autori, nunc ubi Alteri exornanda relinqvo, grat 
 adhuc testarer mentem, & apud posteros exterosq; quantum in me est, excitarem
 memoriam quae jactura quodam modo visa est pati, certe non ad tam multoru
 posse notitiam venire, amissa cum Autore suo Concione funebri, Cujus loco ef-
 fe volo, quicquid inter tot negotia confarcinatum D. D. dicto die recitabo,
 & h c exhibeo. Scriptum Freib. postridie Kal. Maji ANNO 1680.

an 7

B. C. D!
Unicornu genuinum,
Sive
Cornu Amaltheæ verum,
h. e.
VIRUM
Ex celebri Horniorum Gente,
NOBILISSIMUM & COMMISSISSIMUM

D
SIGISMUNDI
HORNII

ANNO CHRISTI

clō Ibc VIII. 6. Apr

clō Ibc XLI

clō Ibc LV

clō Ibc LVIII. in Synd

clō Ibc LII

clō Ibc LVII

clō Ibc LVIII.

clō Ibc LXVI. id

Idibus Maii post in A

b. Parentis, Sen

DN. NICOLAI

Se

Omnibus char

Pridie Idus

Finitis S

In Au

Oratione

Pro

Sceptra

GYMNASII

D

FRE

Proceres, Doctosq;

Collegiorum, quot

præ

Cui cum Laude interfuit, præfuit & profuit,
Splendidissimos

Plus simplice, & ultima vice, humilitateq; maxumâ invitât

M. ANDREAS Beyer/G. Rect. & ad D. Nicolai Symmysta,

Stanno BECKERIANÔ.

